Hoc etiam templum atrium habet largissimum non coopertum
sed albo marmore bene stratum et ordinatum. Iuxta
hoc templum ad meridiem est etiam oblonga plumbo
cooperta porticus Salomonis vocata. Templum domini
Sarraceni in maxima habent reverentia ipsum intus et
ipsum mundissime servant et in dentes discalciati in-
intros ipsum rupem sanctam appellant non templum sanctum.
Unde dicitur alteri eamque ad rupem sanctam propter
puram rupem que est in medio templi cancellis
ferreis circumposita et ut vidi et audivi a Sarrace-
nis renegatis quod nullus Sarracenus ipsi rupe est
ausus appropinquare et de longinquis partibus Sar-
raceni veniunt ipsam devote visitare. Unde etiam
Deus ipsam rupem multum veneravit et super eam
multa miracula operari dignatus est ut in biblia et
antiquum ac novum testamentum testatur. Primo super
hanc rupem Melchisedech primus sacerdos vinum
et panem obtulit. Item super hanc rupem Iacob ad-
dormiens vidit gloriam dei et super hanc rupem
scalam stantem cuius summitas celos tangebat et an-
gelos dei descendentes et ascendentes etc. Item super hanc
rupem David vidit angelum stantem et in manu
cruentatum gladium tenentem et a cede populi cessantem.
Super hanc rupem sacerdotes etiam holocausta po-